Quelle: http://manuscripta.at/?ID=31624
Copyright: Zwettl, Zisterzienserstift



bndixit brigida oculos eius. et statim aperti sunt. Sancta uero dixit. Iterum re-
clude oculos meos. tanto enim quis mundo absentior fuit. tan-
to presentior deo erit. Et sic iterum reclusit brigida oculos eius.
sicut illa rogabat. Alia nocte sancta brigida sola cum dei adiuto-
rio immobile lignum mire magnitudinis transmutauit. quod
lignum post plurimi homines mouere non potuerunt. Angelus autem dei cum
brigida usque ad locum quem uolebat duxit. Quodam quoque tempore mulier
quedam cum filia muta ad ecclesiam sancte brigide perrexit. et uocauit
ad se aliam uirginem darlugdachan nomine dicens ei. Dispone mihi ut
filia mea alumna tua sanetur. Tunc illa portauit filiam ante conspec-
tum brigide dicens ei. Vtrum uis uirgo hic permanere an ad nuptias
copulari. Nesciebat quid illa muta esset. Statimque illa ut dicens.
Quodcumque mihi dixeris ego uolo facere. Et sic postea usque ad mortem suam
eloquentior omnibus fuit. Alia die uidit brigida nantes na-
tantes in aqua et interdum paria uolantes eas ad se accersiuit. Que
obedientes uocibus eius sine ulla formidine multitudinis ad se
uolitabant. quasi manu tergens et amplectens per aliquantum temporis re-
dire permisit. Alio die sancta brigida per uirtutem dei flumen de loco suo in
alterum locum mutauit. et prima uestigia illius usque in hodiernum diem
hominibus apparent. Cum autem sancte brigide exitus de hoc seculo appro-
pinquasset. uoluit alumpna sua darlugdacha secum egredi
de hac uita. Respondit ei brigida dicens. Successrix mea
eris uno anno. et in die obitus mei morieris. ut una nobis sol-
lempnitas sit. Et sic factum est. Sancta autem brigida migrauit de
hac luce post uictoriam. inter choros patriarcharum et prophetarum. at-
que apostolorum et martirum. omnibusque sanctarum uirginum. et inter angelorum et ar-
changelorum agminia. ad coronas regni celestis. ad ierusalem celestem
et ad regnum sine fine. ubi premia eterna prestantur. Per dominum nostrum ihesum
christum qui uiuit et regnat per omnia secula seculorum. Amen.

aliud

iiii. Nonas Februarii.

In purificationes Marie.

Purificatio

Sancte Marie. Quando
cum infante ihesu representata
est in templo.

Temporibus beati bonifa-
cii pape. qui ut in ecclesiasti-
cis historiis legitur. a foca im-
peratore eximius obtinuit precibus.
quatenus templum romuli quod
ab antiquis romanorum greco uo-
cabulo pantheon uocabatur. sancte dei ecclesie
quasi ad supplementum religionis adderet. et
in honore beate semper uirginis marie. ac simul
omnium sanctorum dedicando consecraret. facta est in urbe
roma inter iudeos atque catholicos. sedicio non modica.
Impugnabant quippe inimici iudei. toto uesa-
nie impetu. fidem incarnationis christi. asserentes
mariam uirginem de semine ioseph. cui desponsata erat. non de
spiritu sancto concepisse. ac generasse. adicientes iuxta grecorum impiis-
simam heresim. omnimodis impossibile fore. uirginem contra naturam
parere non posse. Cumque diutius apud romanam urbem hec
altercatio haberetur. et iam christiani feruentissimo katholice fidei
zelo prophanos iudeos nisi otius resipiscerent. et ad baptismi gratiam
conuolarent. propellere uellent. Erat enim quidam eiusdem roma-
ne urbis ciuis. cecus natus. sed tamen christianis litteris prime inbutus.
frequentabat enim non solum latinorum. uerum etiam grecorum scolas.
et quecumque ibi intelligere potuit. alte commendabat memorie.
Is namque quadam die eodem christianitatis feruore succensus. uerbo
ueritatis conflictur. aggressus est iudeos. et tanta illos constan-
tia redarguit. ut pene omnes inuenirentur ut falsos testes decuit
elingues. Ad ultimum uero iudei ad probandum et conuicia conuersi stoma-
chando ualde ceperunt improperare ei dicentes. Tu cum sis homo peccator
et in peccatis totus natus quomodo ausus es fidem christianorum absque litteris
defendere. et nos impugnam lacessere. Nonne liquido patet christum
tuum adeo impotentem existere. ut non possit etiam luminaria tua refor-
mare. Ad hec cecus exspectate inquit triduo. et uidebitis in me mag-
nalia dei mei. Erat autem ante triduum ueneranda sollempnitas purificationis
sancte marie. quam greci ypapanti uocant. que est iiii. Nonas februarii.
et necesse erat ut eadem sacra die sancta festiuitas apud prefatam ecclesiam sancte
marie. ab omni clero romane ecclesie eodem anno celebrari debuisset
que tamen annis singulis apud sanctam mariam maiorem fit. Quo audito
iudei indigne tulerunt. et subridendo dixerunt. Certe christus tuus
quem patres nostri crucifixerunt non potest tibi oculos reddere. quia nec
se ipsum potuit de periculo mortis liberare. At tamen si in presentia nostri illumi-
nabit te. pro certo omnes nos credere habebimus nullum. et te liqui-
do constabit. quod ipse sit uerus filius dei. et non sit alius saluator mun-
di. Eo autem pacto hoc affirmare placet. ut si quis in christum non credi-
dit. hoc uiso miraculo. omnium rerum suarum prescriptionem patiatur.
et iniuriis maximis ut pote magestatis reus de urbe proiciatur. His
dictis. discesserunt iudei. unusquisque in sua remeans. Cecus uero clan-
culo se perduci fecit ad dominum apostolicum sanctum bonifacium. et indicauit
ei pactum. et conditionem iudeorum super fide christianorum. Quibus pro auditis.
plus solito letus efficitur. atque sub eodem momento omnibus mandauit
iudeis. quatenus sine dubio prefate sollempnitati generaliter occur-
rerent. Aduenit autem illa festiuitas magna. totusque romanorum cle-
rus apud prefatam ecclesiam ex more peruigiles celebratur excubias congre-
gatus est. simulque iudeorum coturnus non modicus. habebatur intermixtus.
Ductus est et cecus ille in medium. plenus fide et spiritu sapientie. nichil hesitans
de propositis. Cumque ab omnibus fidelibus. ibidem nocturni cantaren-
tur ymni. et iam octaua lectio recitata fuisset. cecus se ante al-
tare matris domini perduci rogauit. ibique baculo sustentatus. canere ce-
pit quoddam responsorium. quod ante biduum quia musice artis gnarus
fuit composuit. in quo tam uiuaciter iudeorum errorem confutauit. ut
sub oculis omnium qui aderant completo uersu eiusdem responso-
rii. uera lux que est christus. genitricis sue interuentu. cuius uirginitatis inte-
gritas eodem cantu defensa erat. lumen ei oculorum clarissimum redde-
ret. que eius mentem primitus fide catolica illuminauit. Quo uiso
cuncti miraculo. ab omnibus christianis ilico gloria in excelsis deo canitur
et exultatio spiritualis habetur. Iudei quoque ad quingentos uiros
statim ad baptismi gratiam conuolarunt. reliqui fuga lapsi. in urbe
romana ulterius uisi non sunt. Vnde placuit sancte romane ecclesie